# NOVA ADDENDA CRITICA

AD

## MEINEKII OPUS, QUOD INSCRIBITUR

### FRAGMENTA COMICORUM GRAECORUM.

TYPIS A. W. SYTHOFF.

# NOVA ADDENDA CRITICA

AD

MEINEKII OPUS, QUOD INSCRIBITUR

FRAGMENTA COMICORUM GRAECORUM.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD S. C. VAN DOESBURGH.
MDCCCLXIV.

# ADDENDA AD MEINEKII OPUS, QUOD INSCRIBITUR FRAGMENTA COMICORUM GRAECORUM.

---

Postquam ante hos novem annos conscripseram dissertationem Academicam continentem *Observationes criticas ad fragmenta comicorum Graecorum* (quas deinde Jacobius maximam partem recepit in addenda ad Meinekii opus) saepius sparsa illa antiquorum poetarum membra diligentius examinabam. Ea opera nova mihi succrevit adnotationum seges, ex qua deletis quae ab aliis occupata aut rectius constituta subinde intellegebam, exigua hodie pars superest, fortasse non prorsus indigna, quae cum harum literarum amantibus communicetur.

Sequar autem paginarum et fragmentorum ordinem, qui servatur in Meinekiana editione.

---

Vol. II. Pag. 96. Cratini *ΟΔΥΣΣΕΩΝ* fr. VI:

*Τῇ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη, καὶ τοὔνομά μ' εὐθὺς ἐρώτα.*

Offensioni est *νῦν — ἤδη*, ubi exspectaveris *νυν* encliticum, sed imprimis haereo in Imperativo *ἐρώτα*. Non enim rei na-

turae satis congruum, imo subabsurdum esse videtur, Cratinum induxisse Ulyssem hortantem Cyclopa, ut suum se nomen *roget*. Quanto melius et Homerus, apud quem in Odyssea sponte sua, non hercle *iussus*, Cyclops ad hospitem:

δός μοι ἔτι πρόφρων, καί μοι τεὸν οὔνομα εἰπὲ
αὐτίκα νῦν κτέ.

et, illum secutus, Euripides in cognomine fabula (vs. 548):

σὺ δ' ὦ. ξέν' εἰπὲ τοὔνομ' ὅτι σε χρὴ καλεῖν.

Unde suspicor Cratino reddendum esse:

„Τῆ νυν τόδε πῖθι λαβών·" ἡσθῃ (Cyclops), καὶ τοὔνομά
μ' εὐθὺς ἐρωτᾷ.

Quae si vera est coniectura, apparet haec verba pertinuisse ad scenam quamdam, in qua Ulysses narret, quomodo consopiverit Cyclopem. Similem certe narrationem instituit Euripides a vs. 381—436, ubi Ulysses rem atque consilium aperit Sileni comitibus.

Pag. 119. *ΠΥΤΙΝΗΣ* fragm. VII vs. 4 sq.:

εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

Compone mihi haec cum simillimo loco Aristophaneo, qui legitur *Equitum* vs. 99:

ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω
βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοιδίων.

et fortasse mecum apud Cratinum quoque ταυτί iudicabis probabile.

Pag. 221. Non facile credam poetam comicum citra paroediam uti potuisse forma Ionica ἀείδειν pro Attica ᾄδειν. Citra paroediam dico: nam planissime illius formae usum concedimus Menandro in *Thaidis* prologo celeberrimam istam meretricem ita canenti:

*ἐμοὶ μὲν οὖν ἄ ε ι δ ε τοιαύτην, θέα,*
*θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,*
*ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,*
*μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.*

At res longe longeque diversa est in Cratini fragmento (Incert. Fab. CXLII ap. Mein.) quod servavit scholiasta ad Arist. Eq. 1284: *μέλη Πολυμνήστου Κολοφωνίου· κιθαρῳδὸς ἦν οὗτος. Κ ρ α τ ῖ ν ο ς·*

*καὶ Πολυμνήστει' ἀ ε ί δ ε ι μουσικήν τε μανθάνει.*

Hunc igitur locum mendosum esse vix dubito: quominus vero certa via atque ratione ei medeamur, ipsa fragmenti brevitas impedit. Remedii autem lenitas fortasse commendabit hanc coniecturam:

*καὶ Πολυμνήστεια δ' ᾄ δ ε ι μουσικήν τε μανθάνει.*

Eadem causa est, cur non confidentius affirmare audeam eiusdem Cratini fragmentum ex *Horis* (V, pag. 165) supplendum esse in hunc modum:

*ἐκεῖνος αὐτὸς [ἐστιν] ἐκμεμαγμένος.*

Quamquam haud video, quid probabilius possit intercalari.

Pag. 252. Corrigendus videtur interpretum error in ultimo versu fragmenti I Pherecratis ex *ΑΓΑΘΩΝ*:

*'Εγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας*
*πένθ' ἡμιμέδιμν', ἐὰν βιάζωμαι. Β μόλις;*
*ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις*
*τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.*

Iungunt enim vv. dd. *μακρὰ τριήρης*, quod non minus a Graecorum usu videtur abhorrere, quam contra linguam Latinam peccaret, si quis diceret scriberetve *longa triremis.* Nam utrique populo (neque ignota res est) pro *τριήρης* s. *triremis* mos est subinde adhibere locutiones *ναῦς μακρά* s. *πλοῖον μακρόν* et *navis longa.*

Contra omnia recte procedent et venusto lepore dicta erunt, si iunxeris τῆς ἡμέρας μακρᾶς· „*Quantillo*, inquit, *cibo tu contentus es, qui per longum diem* (non plura) *comedas* (quam) *longae navis cibaria*."

Vel ex Homero nota sunt νὺξ μακρή et ἤματα μακρά.

Pag. 261. Exigui sane momenti res est, monenda tamen in gratiam futuri harum reliquiarum editoris, quo facilius leviores istiusmodi res intentos gravioribus animos fallere solent. Curae igitur ei sit, ut in fragmento primo *Transfugarum* Pherecratis sic scribat vs. 4:

καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλήν, λοιπὸν τὸν σφόνδυλον αὐτὸν κτέ.

Nam, quod vulgatur σπονδυλόν, satius est relinquere Ionibus, similiterque ἀσπάραγον, (somniant enim qui Grammatici significandi discrimen esse statuunt inter ἀσπάραγον et ἀσφάραγον) λίσπος, πιδάκνη, σπυράς, πανός, in quibus vocabulis Atticos pro tenui aspiratam scripsisse satis superque constat.

Pag. 266. Pherecratis *ΓΡΑΩΝ* fr. II:

ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν.

Imo vero ἀγγελοῦντα.

Pag. 299. Eiusdem *ΜΕΤΑΛΛΕΩΝ* fr. I vs. 8 sq.:

φύσκαι δὲ καὶ ζέοντες ἀλλάντων τόμοι
παρὰ τοῖς ποταμοῖς σίζοντες ἐκέχυντ' ἀντ' ὀστράκων.

„Mihi olim," ait Meinekius, „σίζοντες varia lectio participii ζέοντες in versu praecedenti et ποταμοῖσιν ἐξεκέχυντο scribendum videbatur. Sed retinuit me Pollucis et Athenaei consensus." Ille vero consensus nihil aliud probat, nisi istum errorem iam antiquitus hos versus invasisse, neque quin verum viderit vir egregius equidem punctum temporis

dubitaverim. Hoc tamen addendum, ipsam illam variam lectionem *σίζοντες* unice veram esse videri. Quippe *ζεῖν* proprio usu adhiberi solet de aqua ceterisque rebus *bullientibus* Il. *Σ* 349. *αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ.* Ibid. *Φ* 365. *ὡς τοῦ καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ* de Xantho flumine. Cf. Odyss. *ι* 360. Deinde figurato sensu transfertur ad animum eiusque affectus, praesertim ad *iram*. *Σίζειν* vero accurate respondet nostro verbo ab eodem radice formato *sissen* diciturque potissimum de rebus ferventibus, quae aqua aliore humore tinctae *strideant sibilent*que; nam ita Latini. Cf. Ovid. Metamorph. XII 279. Hinc frequentissime usurpatur de cibis coctis atque assatis. Cff. Arist. Eq. 926 et Acharn. 1122, Magnetis fr. II (p. 10):

*ταγηνίας ἤδη τεθέασαι χλιαροὺς*
*σίζοντας, ὅταν αὐτοῖσιν ἐπιχέῃς μέλι;*

Hinc rectissime, si quid iudico, ipse Meinekius in Teleclidis fragmento apud Pollucem X. 84 (*ΑΨΕΥΔΕΩΝ* fr. 1 p. 365), adiutus lectione codicis Falkenb. *πηγανίζοντα* legendum proposuit:

*τὰ δὲ τήγανα*
*σίζοντά σοι μολύνεται*

pro vulgatis:

*τὰ δὲ τήγανα ζέοντά σοι μολύνεται.*

Quam emendationem confirmat Alexidis locus ap. Mein. III, p. 471:

*τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους*
*σμήσας τε λεπτοῖς ἁλσί, δειπνούντων ἅμα*
*ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπισείων φέρω.*

Ut autem redeam ad locum Pherecrateum, scribendum puto:

*φῦσκαι δὲ καὶ σίζοντες ἀλλάντων τόμοι*
*παρὰ τοῖς ποταμοῖσιν ἐξεκέχυντ' ἀντ' ὀστράκων.*

non quod *ζέοντες τόμοι* minus Graece dictum esse putem,

sed quia σίζειν minus cognitum librariis vocabulum verisimile non est ab istis esse profectum. Facile contra ζεῖν, quod quavis aetate frequenti omnium usu tereretur, olim ad interpretandum vel illustrandum verbum σίζειν adscribi potuisse, omnes intelligent; idque revera aliquando factum esse apparet e loco Teleclideo, quem supra a Meinekio emendatum laudavi.

Pag. 407. Hermippi ΦΟΡΜΟΦΟΡΩΝ fr. I:
vs. 12 sqq. ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν. ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβανωτόν,
ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσιν·

Ruens metrum curaturus vs. 12 Meinekius minus feliciter proposuit:
ταῦτα μὲν οὖν ἐντεῦθεν· ἀπ' Αἰγύπτου δὲ κρεμαστά·
quum multo lenius, transpositis vocabulis, possis:
ἐντεῦθεν μὲν ταῦτ'· ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία κτέ.

vs. 17 αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα notandum est poetam more Homerico diphthongum, qui praecedit vocabulo ἴφια, non contraxisse. Quae res animum mihi addit in Avium Aristophanearum parabasi rescribenti:
Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι,
ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά,
ἀπτῆνες ἐφημέριοι ἀλαοὶ βροτοί, ἀνέρες εἰκελόνειροι.
nam, quod vulgatur ibi ταλαοί, ne Graecum quidem vocabulum esse puto [1]), dum inter tot vocabula Homero et epicis sublecta ἀλαοί βροτοί i. e. *coeci mortales* optime locum suum tuebuntur. His scriptis, video iam Scholiastam ad h. l. ad-

[1]) Appellativum dico, nam nomen proprium Ταλαός exstare non ignoro.

notasse: — ἔνιοι δὲ τὸ τ α λ α ο ὶ διαιροῦσιν ὥστε εἶναι ἀ λ α ο ί. Erant igitur iam olim inter criticos Alexandrinos, qui diremtis vocabulis scribi mallent:

ἀπτῆνες ἐφημέριοί τ' ἀ λ α ο ὶ βροτοί κτέ.

Mihi autem importuna ista litera iam antiquitus inserta esse videtur, ne metrum scilicet rueret, ab ignorantibus vocabulum ἀλαός olim digamma habuisse Aeolicum, quod apparet ex Odyss. κ 493: μάντηος Fαλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσιν. et μ 267: μάντηος Fαλαοῦ, Θηβαίου Τειρεσίαο. H. α 69 Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ Fαλάωσεν et ι 516 ὀφθαλμοῦ Fαλάωσεν, ἐπεί μ' ἐδαμάσσατο Fοίνῳ. Il. Κ 515 et Ν 10 et Ξ 135 et Od. θ 285 scribi potest οὐ Fαλαοσκοπίην pro οὐδ' ἀλαοσκοπίην. Nec fortasse κ' genuinum ib. 195.

Pag. 493. Eupolidis *ΚΟΛΑΚΩΝ* fr. XV:

*Δ ε ῖ π ν ο ν θὲς ἑκατὸν δραχμάς. Β. ἰδού.*
*Α. ο ἶ ν ο ν θὲς ἑτέραν μνᾶν.*

In rationibus subducendis Grammatica Graeca requirit Genetivum earum rerum, quarum pretium constituitur. Aristoph. Nub. τρεῖς μνᾶς διφρίσκου καὶ τρόχοιν Ἀμυνίᾳ. Eriphi *Meliboeae* fr. I, 9 (vol. III p. 557): τ ο ύ τ ω ν μὲν ὀβολόν, εἰ πολύ, τ ί θ η μ ι. λογιοῦμαι γάρ κτέ. Reddatur igitur Eupolidi Δ ε ί π ν ο υ et ο ἴ ν ο υ.

Pag. 513. Eiusdem *ΠΟΛΕΩΝ* fr. XI:

*Χαμυνίας ἐκεῖνος ἀμέλει κλαύσεται,*
*ὅτι ὢν ἄγροικος ἵσταται πρὸς τῷ μύρῳ,*
*ὅ τ ι θ ε ῶ ν ἕ ν ε κ' ἔπλευσε κακὸς ὢν εἴσεται.*

Ὅτι in vs. 3 male repetitum esse e versu praecedentis initio optime intellexit M., coniiciens: ὢ ν θ' ἕ ν ε κ' ἔπλευσε τ α ῦ τ α κακὸς ὢν εἴσεται. Fortasse vir eruditissimus nunc

ut leniorem praeferet hanc meam rationem, qua eodem sensu scribendum propono:

τά θ', ὧν ἕνεκεν ἔπλευσε, κακὸς ὢν εἴσεται.

Notior est usus articuli pro demonstrativo ante pronomen relativum, quam qui exemplis confirmetur. Ordo vocabulorum hic est: εἴσεταί τε ὢν κακός τά, ὧν ἕνεκεν ἔπλευσεν.

Pag. 551. Eiusdem Inc. Fab. fr. VIII sic videtur explendum:

τίς οὐξεγείρας μ' ἐστίν; οἰμώξει μακρά,
ὅτιή μ' ἀνίστης ὠμόϋπνον [ὄντ' ἔτι]·

nam utrumque quod addidi vocabulum, ad sententiam plane est necessarium.

Pag. 605. Phrynichi Inc. Fab. fr. XII.

Scholiasta ad Aristoph. Pac. 344: Καλλίστρατος (συβαρίζειν interpretatur) τρυφᾶν ἀπὸ τῆς συβαριτικῆς τρυφῆς, Ἀρτεμίδωρος ἁπλῶς θορυβεῖν, καὶ Φρύνιχος·

πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν (τότ') ἦν.

Componatur cum his Hesychius:

Συβριακόν· τὸ πολυτελές.
Συβριάζει· συβαρεύεται, τρυφᾷ.
Συβριασμός· ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος.

et Etymologus Magnus:

Συβριάζειν ἀπὸ τοῦ συβαρίζειν ἐν ὑπερθέσει.

Vides igitur duo olim fuisse verba Graeca συβαρίζειν (Ar. Pac. 344) et συβριάζειν (non συβαριάζειν, quod non est unius assis) unde formatur συβριασμός, quod ex hoc ipso Phrynichi versu afferre videtur Hesychius. Apud Scholiastam Codd. variant inter συβαρισμός et συβαριασμός. Legendum igitur:

πολὺς δὲ συβριασμὸς αὐλητῶν (τότ') ἦν.

Pag. 645. Platonis *ΝΥΚΤΟΣ ΜΑΚΡΑΣ* fr. IV: Grammat. Bekk. Anecd. p. 384. 10: *ἀλλ' αὖ ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ πάλιν. Πλάτων Νυκτὶ μακρᾷ·*

*Ἀλλ' αὖ γέλοιον ἄνδρα μου μὴ φροντίσαι μηδέν.*

Verba manifesto depravata, si quidem articulus ad *ἄνδρα* desiderari nequit. Verum videtur:

*Ἀλλ' αὖ γέλως τὸν ἄνδρα κτέ.*

Ita Demosthenes in prima Philippica § 25: *τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας καὶ στρατιώτας οἰκείους ὥσπερ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας, ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἐσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν.* Cf. *Or. de symmoriis* § 27.

Verba autem esse videntur Alcmenes indignabundae.

Pag. 656. Eiusdem *ΠΡΕΣΒΕΩΝ* fr. I:

*κᾆτ' ἔλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος*
*παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα·*
*ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.*

Nota res est Graecos, ubi mentio fiat regis Persarum, ponere solitos esse vocabulum *βασιλεὺς* sine articulo. Hoc tamen ita verum esse, ut vel apud antiquos articuli usus in ea re soloecus non sit, hoc loco constare videtur. At quis praestabit, Platonem non dedisse: *παρὰ βασιλέως (πολὺ) πλεῖστα δωροδοκήματα?*

Pag. 685. Eiusdem Fab. Inc. fr. XII.

Pollux IV. 56: *Ἐπίχαρμος δὲ καὶ ποιμενικὸν* (vulgo *ποιητικὸν*) *μέλος αὐλεῖσθαί φησι, Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς καὶ συβωτικόν· Ὅτι δ' ἂν ἡ συβώτρια μήδ' ἀγαθὴ γένοιτό μοι. ἔχει δὲ μόνον* (*οὐ* insere cum Meinekio) *δακτύλους αὐλητικούς.*

Codd. nihil variant, nisi quod δ' abest ab optimo Parisino (A. Bekkeri). Verba conclamata sic iuvat tentare:

ἅττ' ἂν ᾖ
συβωτίκ', αὐλεῖν ἠδ' ἀγαθὴ γένοιτό μοι·
ἔχει δὲ μόνον οὐ δακτύλους αὐλητικούς.

Nisi forte in ὅτι ἂν ᾖ latet fabulae Platonicae nomen, aut vitio hae voculae prognatae sunt e vocabulo praecedenti. Quod si liceret suspicari, posses:

συβωτίκ' αὐλεῖν ἠδ' ἀγαθὴ κτέ.

Ἀγαθός, ut δεινός, σοφός, similia, noto usu iungitur cum Infinitivo. Ita v. c. Antiphanes ap. Athen. VI p. 237 parasitum vocat ὀργὴν ἐνεγκεῖν ἀγαθόν.

Pag. 804. Theopompi fragm. *ΝΕΜΕΑΣ* vs. 9 sqq.:

φιλοτησίαν δὲ τήνδε σοι προπίομαι·
δέξαι, πιοῦσα δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμὸς ᾖ
παράδος τὸ πρῶτον.

Pro πρῶτον haud dubie male Jacobsius περιττόν. Melius certe Meinekius λοιπόν, quod tamen vix in πρῶτον potuit abire. Paulo quidem lenius fuerit περίλοιπον, sed vide ne hic quoque usu veniat τὸ λεγόμενον *simplex veri esse sigillum*, reddendumque poetae sit:

παράδος τὸ ποτήριον.

Obiter nota lepidum verborum lusum in vs. 1 huius fragmenti, quem non videntur observasse interpretes:

Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον.

Cf. Aeschyl. in Prometheo:

εἴ τις εἰς νόσον πέσοι
οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν οὔτε βρώσιμον
οὐ χριστὸν οὔτε πιστόν.

Pag. 806. Eiusdem *ΟΔΥΣΣΕΩΝ* fr. III:

*Εὐριπίδου τ' ἄριστον οὐ κακῶς ἔχον*
*τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.*

Meinekius: *Εὐριπίδου τἄρ' ἐστίν.* Optima sane sententia et fortasse vere! Neque tamen ignorandum, ne una quidem litera mutata scribi posse:

*Εὐριπίδου τἄρ' ἴστον οὐ κακῶς ἔχον.*

Pag. 831. Alcaei *ΠΑΛΑΙΣΤΡΑΣ* fr. II:

*μυρίσασα συγκατέκλεισεν ἀνθ' αὑτῆς λάθρα.*

Haec verba dicta videntur de meretrice, quae decepto amatore aliam pro se mulierculam substituerit. Unde apparet Alcaeum dare non potuisse, quod Meinekius quamvis dubitanter ex negligentiore Athenaei oratione efficit, *μυρισαμένη*. Inunguendi mos ante concubitum satis, opinor, notus est ex Aristophane.

Pag. 832. Eiusdem Inc. Fab. fr. I:

*ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὥσπερ πουλύπους.*

Praeter *ἔδομαι*, de qua forma reponenda cogitavit Meinekius, suspicari possis *ἔσθω*, de cuius usu apud Atticos satis constat. Cf. Archippi *'Ιχθύων* fr. VII et Philippidae *ἀργυρίου ἀφανισμοῦ* fr. I vs. 5. Apud Eubulum contra in *Διονυσίου* fr. IV *ἔδουσιν* sine offensione legitur in versu heroico:

*χαὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν ἔδουσιν.*

Quae sermonis vitia M. notavit in Alcaeo Hist. Critica p. 246, in antiquae comoediae quamvis recenti auctore vix credibilia esse videntur, et si ipsum Alcaeum hodie legere nobis liceret, nisi me fallit animus, ea crimina dilucrentur. Complures certe harum glossarum a Grammaticis ita tribuuntur Alcaeo, ut lyricus an comicus poeta significetur incertum maneat. Tum in tanta fragmentorum brevitate hodie saepe dignosci nequit, Atticusne homo an peregrinus loquatur. Male

certe huc traxit Mein. ἀγρόθεν prima syllaba scilicet producta in Κωμῳδοτραγῳδίας fr. 1, ita corrupto, ut quid a poeta profectum sit fortasse in aeternum simus ignoraturi.

ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πλείστους φέρων
εἰς τὴν ἑορτὴν ὅσον οἶον εἴκοσι κτέ.

Quicumque in eo loco refingendo ingenium experiri velit, ita certe rem instituat, ut in ἀγρόθεν prima syllaba corripiatur, v. c. ἐτύγχανον μὲν (οὖν) κτέ.

In ΠΛΕΙϹΤΟΥϹ fortasse latet ΠΛΕΚΤΟΥϹ, et in οἶον substantivum, quod cum illo adiectivo recte iungatur.

Pag. 865. Philyllii Fab. Inc. fr. VI:

παρέξω Λέσβιον,
Χῖον, Σαπρίαν, Θάσιον, Βίβλινον ***
Μενδαῖον, ὥστε μηδένα * κραιπαλᾶν.

Nescio an post Βίβλινον propter ductuum similitudinem exciderit Χαλυβώνιον, cuius vini mentio fit apud Pollucem VI. 16. Metrum admittit quoque Πεπαρήθιον, quod habet Aristophanes in *alteris Thesmophoriazusis* fr. 1:

οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον,
οὐ Χῖον, οὐδὲ Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον.

Vs. 3tio fortasse supplendum: μηδέν' ἡμῶν κραιπαλᾶν. Compositum κατακραιπαλᾶν, de quo reponendo possit cogitari, apud antiquiores non videtur reperiri.

Pag. 867. Polyzeli ΔΗΜΟΤΥΝΔΑΡΕΩ fr. I:

Τριῶν κακῶν γοῦν ἦν ἑλέσθ' αὐτῷ τι πᾶσ' ἀνάγκη·
ἢ ξύλον ἐφέλκειν, ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ προδόντα
τὴν ναῦν ὅπως τάχιστα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι·
ταῦτ' ἔστι τρία Θηραμένους, ἅ σοι φυλακτέ' ἐστι.

Locum recte interpretatus est M., cui iure displicuit istud τι post αὐτῷ sine ἕν. Mihi praeterea valde suspectum est

pronomen *αὐτῷ* propter vs. 4: *ἅ σοι φυλακτέ' ἐστιν*. Vestigia genuinae lectionis servavit Suidas: *τριῶν γοῦν κακῶν* exhibens, unde poetae manum restitui posse suspicor, si legamus:

*Τριῶν γὰρ ἓν κακῶν ἑλέσθ' αὐτοῦ 'στι πᾶσ' ἀνάγκη κτέ.*

*Αὐτοῦ* accipe de Athenarum urbe. Vs. 4 probo Meinekii coniecturam: *ταυτὶ τὰ τρία Θηραμένους κτέ.*

Pag. 886. Cephisodori *ΥΟΣ* fr. V:

Pollux X. 110: *τὸν δὲ φρυγέα καὶ αὐτὸν ὡς σκεῦος μαγειρικόν, εἴτε τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἔφρυγον, εἴτε τὸ φρύγετρον, ὡς ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἐν Σειρῆσιν ὑποδηλοῖ λέγων, „Φρυγεὺς, θυεία, λήκυθος" καὶ μὴν καὶ Κηφισοδώρου ἐν Ὑῒ εἰπόντος·*

*σπουδὴ δὲ παρὰ τῶν ὁλκάδων*
*καὶ καταφαντισγός.*

Tento:

*σπουδὴ δὲ παρὰ τῶν ὁλκάδων*
*καὶ φρυγανισμός·*

i. e. *festinatio a navibus actuariis et sarmentorum collectio.* Cf. Thucydid. VII. 13: *τὰ δὲ πληρώματα διὰ τόδε ἐφθάρη τε ἡμῖν καὶ ἔτι νῦν φθείρεται, τῶν ναυτῶν τῶν μὲν διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν καὶ ὑδρείαν μακρὰν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων*, cl. ib. c. 4 *ἐπὶ φρυγανισμὸν ἅμα ὁπότ' ἐξέλθοιεν οἱ ναῦται.*

Pag. 947. Aristophanis *ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝΟΣ* fr. X:

*καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν*
*ὥςπερ ἐν κενῷ λυχνούχῳ*
*πάντα τῆς ἐξωμίδος.*

Vs. 2 exhibui ut habet codex, quia male vulgo recepta est Salmasii correctio: *ἐν καινῷ λυχνούχῳ*. Nam nullus locus

est praepositioni, sed requiritur Genitivus, quia sensus est: ὥσπερ τὸ φῶς (διὰ) λυχνούχου. Comparatur enim ἐξωμίς λυχνούχῳ, quod secundum Phrynichum (quem laudat M.), est σκεῦός τι ἐν κύκλῳ ἔχον *κέρατα*, ἔνδον δὲ λύχνον ἡμμένον, διὰ τῶν *κεράτων* τὸ φῶς πέμποντα. Unde suspicor:

καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν
ὥσπερ *ἐυκέρω λυχνούχου*
πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Ad formam genetivi cf. ὑψικέρως.

Pag. 987. Eiusdem *ΓΕΩΡΓΩΝ* fr. VIII:

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοεικόν·
εἰ γὰρ ἐμοὶ πανσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι κἀποκλάσαι τε καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
τῆς τρυγὸς ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον *φέροντι*.

Φέροντι recte corruptum iudicat M. Sententia requirit verbum edendi, quare vide an satisfaciat:

διελκύσαι
τῆς τρυγός, ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον *φαγόντι*.

In διελκύσαι, quod suspectat M. coniiciens σύχν' ἑλκύσαι, ego non haereo. Valet enim διαπίνειν. Arist. Pac. 1130 sqq.: οὐ γὰρ φιληδῶ μάχαις, ἀλλὰ πρὸς πῦρ *διέλκων* μετ' ἀνδρῶν ἑταίρων φίλων, ἐκκέας τῶν ξύλων ἅττ' ἂν ᾖ δανότατα τοῦ θέρους ἐκπεπρισμένα, κἀνθρακίζων τοὐρεβίνθου κτέ. Ceterum cf. Cratini fragm. ex *Horis* apud Poll. VI. 18:

'Αλλ' ἦν, ὅτ' ἐν φώσσωνι τὴν ἴσην ἔχων
μετ' ἐμοῦ διῆγες *μοῖραν* ἕλκων τῆς τρυγός·

nam ita legendum pro vulgatis: διῆγες *οἴναρον*, quemadmodum ipsum quoque M. postmodo correxisse video ex *Addendis*.

Pag. 988. Ib. fr. IX:

Schol. Eq. vs. 959: *Μολγὸν γενέσθαι.*] *Σύμμαχος· ἔοικε χρησμός τις εἶναι· ἐν γὰρ τοῖς Γεώργοις οὕτως ἔχει· Ὅ τῳ δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει, ἐμοὶ μὲν ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι οὐκ ἀκήκοας.*

Perperam viri docti acquieverunt emendatione, qua Bergkius locum restituere sibi visus est edens in hunc modum:

> *A. Ὅτου δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει;*
> *B. ἐμοὶ μὲν αἴνειν μολγόν· οὐκ ἀκήκοας;*

Levius in eo peccatum est, quod in editis non significatur, vs. 1 quaestionem esse indirectam, ut perspicuum est ex usu pronominis *ὅστις*; quae res indicari potuerat lineola posita ante *ὅτου*. Sed multo gravius B. impegit in corrigendo vs. altero. *Αἴνειν μολγόν*, inquit, *nihil aliud significat quam oportere civitatem Atheniensium extrema mala perpeti; nam αἴνειν μολγὸν idem est quod alias ἀσκὸν δέρειν dicitur, ut est apud Solonem* fr. 32: *ἤθελον γάρ κεν κρατήσας — Ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι κἀπιτετρίφθαι γένος.* Haud vidi magis! Si Solon l. l. scribere potuisset *ἀσκὸς δεδαρκέναι* pro *δεδάρθαι*, lubens concederem Bergkio etiam Aristophanem potuisse dare, quod ipse reposuit: *αἴνειν μολγόν* pro *αἴνεσθαι μολγόν* (i. e. *δέρεσθαι ἀσκόν*). Sensus autem, quem et iure, opinor, voluit Bergkius, loco quem tractamus inerit, multo lenius correcto in hunc modum:

> *A. (ἀλλ' εἰπέ μοι),*
> *ὅτου δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει,*
> *B. ἐμοὶ μὲν εἶναι μολγόν· οὐκ ἀκήκοας;*

Confirmat nostram emendationem tum ipse Equitum locus, cui Scholiasta haec adscripsit, *Ἀλλ' ἐὰν τούτῳ πίθῃ, μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε*, tum Pollucis locus, quem ipse B. attulit, X. 187: *καὶ Ἀριστοφάνης δέ* (in qua fabula, incertum est) *χρησμόν τινα παίζει· Μή μοι Ἀθηναίους αἴνειν, τοὶ μολγοὶ ἔσονται.*

Pag. 1011. Eiusdem *ΓΗΡΥΤΑΔΟΥ* fr. XVI:

*τότε μὲν (Διόνυσε) σου κατεκοττάβιζον (ἄν),*
*νυνὶ δέ σου κατεμοῦσι, τάχα δ' εὖ οἶδ' ὅτι*
*καὶ καταχέσονται.*

Vim intulit Graecitati Bergkius repetendo pronomine *σου* vs. 2. Et lenius, opinor, et verius supplebis: *νυνὶ δὲ δὴ κατεμοῦσι κτέ.*

Pag. 1026. Eiusdem *ΔΑΙΤΑΛΕΩΝ* fr. 1:

*καὶ δελφακίων ἁπαλῶν κωλαῖ καὶ χναυμάτια πτερόεντα.*

„*Πτερόεντα χναυμάτια*" ait Bergkius „non possunt aviculae esse delicatius apparatae, sed *περικόμματα tenera*, „*delicata, exquisita.*" Recte ille quidem; sed unde igitur ineptissimum h. l. epitheton *πτερόεντα*? Nisi egregie fallor, in *ΧΝΑΥΜΑΤΙΑΠΤΕΡΟΕΝΤΑ* hucusque delituit *ΧΝΑΥΜΑΤΙΑΤΤΕΡΟΕΝΤΑ*, et Aristophani reddendum:

*καὶ δελφακίων ἁπαλῶν κωλαῖ καὶ χναυματί' ἄττ'*
*ἐρόεντα.*

Notum est quam saepe librarii illud *ἄττα*, quod non intelligerent, obliterarint. Feliciter id Cobetus restituit Theopompo in *Sirenum* fr. II (pag. 811 M.):

*αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ*
*αὕτη γε κρουμάτια τὰ ἐπὶ Χαριξένης.*

Quanto melius ille: *κρουμάτι' ἄττα τἀπὶ κτέ.* quam Meinekius, qui nimis festinanter correxit et edidit: *κρούμαθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης.*

Pag. 1077. Eiusdem *ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΩΝ Β'* fr. III:

vs. 7. *οὐδ' ἐγχέλειον, οὐδὲ κάραβον μέγαν*
*γυναιξὶ κοπιώσαισιν ἐπεκουρήσατε;*

*Ἐπικουρεῖν τί τινι* Graecum esse nego pro *παρέχειν τί τινι.* A nostro loco longe diversum est, quod legitur apud

Xenophontem *Anabas.* V Cap. 8 § 25: εἴ τῳ χειμῶνα ἐπεκούρησα, quamquam vel ibi nescio an corrigendum sit: εἴ τῳ χειμῶνα ἐπεκούφισα, quemadmodum dicitur ἐπικουφίζειν τινὶ τοὺς πόνους, τὰς συμφοράς et quidquid est huiuscemodi. Praeterea apud Aristophanem displicet epitheton istud μέγαν, pro quo in codice A recte legitur μέγα, unde scribendum suspicor:

Α. Ἰχθὺς ἐώνηταί τις ἢ σηπίδιον
ἢ τῶν πλατειῶν καρίδων ἢ πουλύπους,
ἢ νῆστις ὀπτᾶτ', ἢ γαλεός, ἢ τευθίδες;
Β. μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'. Α οὐδὲ βατίς; Β. οὔ φημ' ἐγώ,
Α. οὐδὲ χόρι', οὐδὲ πῦος, οὐδ' ἧπαρ κάπρου,
οὐδὲ σχαδόνες, οὐδ' ἠτριαῖον δέλφακος,
οὐδ' ἐγχέλειον, οὐδὲ κάραβον; μέγα
γυναιξὶ κοπιώσαισί γ' ἐπεκουρήσατε·

Ultima per ironiam dicta accipienda sunt: *egregiam scilicet opem tulistis mulieribus fessis!* Μέγα ἐπικουρεῖν eodem iure dici opinor, quo μέγα ὠφελεῖν, βλάπτειν, similia.

Pag. 1101. Eiusdem *ΛΗΜΝΙΩΝ* fr. XII sic expleatur: Πεντελίθοισι θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύσμασι (παῖσαι).

Pag. 1163. Eiusdem *ΤΡΙΦΑΛΗΤΟΣ* fr. II.

Athen. XII p. 525 A. καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι παρακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων·

Ἐπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι,
ἐπηκολούθουν κηντεβόλουν προσκείμενοι,
ὅκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον,
ἕτερος δ' ὅκως εἰς Κλαζομενάς, ἕτερος δ' ὅκως
εἰς Ἔφεσον * * * * * * *
οἱ δ' εἰς Ἄβυδον· ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ.

Ultimum versum sic interpretantur, quasi scriptum foret:

ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκεῖναι κατὰ τὴν ὁδόν. Quam interpretationem quia neque verba Graeca admittunt, neque loci contextus commendare videtur, tentavi:

ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὄκω.

Consimile vocabulum ioco fictum ab Aristophane servavit Photius p. 572. 4 (fr. CCLXI Inc. Fab.) τάχας· τοὺς καταστοχασμοὺς παρὰ τὸ τάχα. οὕτως Ἀριστοφάνης, ubi recte Bergkius „dixerit aliquis ad taedium usque τάχα, quem risit „poeta." Similiter τίζειν ab eodem iocose formatum est = τί λέγειν, ut auctor est idem Photius p. 588. 13 (fr. CCLXV).

Pag. 1202. Eiusdem Fab. Inc. fr. CVIII.

Athen. Ep. 1 p. 30 B γίνεται δ' ἐν Ἰκάρῳ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ Πράμνιος. ἔστι δ' οὗτος γένος τι οἴνου. καὶ ἔστιν [οὗτος] οὔτε γλυκὺς οὔτε παχύς, ἀλλ' αὐστηρὸς καὶ σκληρὸς καὶ δύναμιν ἔχων διαφέρουσαν, οἵῳ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησὶ λέγων τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστέμφεσιν οὔτε Πραμνίοις [σκληροῖσιν] οἴνοις συνάγουσι τὰς ὀφρῦς [τε καὶ τὴν κοιλίαν] ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

Infelici successu hunc locum tractavit vir in paucis ingeniosus Theodorus Bergkius, quia nescio quomodo eum fefellerunt scioli additamenta, quae uncis sepienda curavi, quibusque eliminatis spes aliqua superest, ut locum suavi quadam elegantia insignem restituamus in integrum. De populo igitur Atheniensium haec fere dixisse comicorum principem suspicor:

οὔτε γὰρ σκληροῖς ποιηταῖς ἥδεται κἀστέμφεσιν,
οὔτε Πραμνίοισιν οἴνοις — συνάγουσι τὰς ὀφρῦς,
ἀλλὰ — ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

Quae his desunt alius fortasse me felicior supplebit.

Vol. III. Pag. 35. Antiphanis *ΒΟΜΒΥΛΙΟΥ* fr. III:

*τὰς προσφόρους*
*ὑμῖν τροφάς, σκορόδια, τυρόν, κρόμμυνα,*
*κάππαριν * * * π ά ν τ α ταῦτ' ἐστὶν δραχμῆς.*

Suppleverim vs. 3tio:

*κάππαριν· ἅ π α ν τ α ταῦτα μ ι ᾶ ς ἐστὶν δραχμῆς.*

Quid enim, quaeso, facilius potuit excidere quam numeri nota *α'* post vocabulum *ταῦτα* desinens in eandem literam?

Pag. 70. Eiusdem *ΚΟΥΡΙΔΟΣ* fr. II vs. 6 sqq.:

*Α. τὸ δεῖνα δ' ἐσθίεις;*
*τ ο υ τ ὶ κ α κ ό ν ω τ α π λ ο ῖ α Γ. Κωπᾷδας λ έ γ ε ι ς.*
*Β. ἀγρίως γε. Γ. παρὰ λίμνην γεωργῶν τυγχάνω.*

Cum Meinekio fateor me non intelligere Dobraei coniecturam *Β. τί τὸ κακόν; Α. ὦ τὰ πλοῖα;* Suspicor autem haec ita corrigenda et interlocutoribus distribuenda esse, ut legamus:

*Α. τὸ δεῖνα δ' ἐσθίεις;*
*Γ. τ ὸ τ ί ; Α. κ α κ ό ν ω τ α. Γ. π ο ῖ α ; Α. Κωπᾷδας λ έ γ ω.*
*Γ. ἀγρίως γε. Α. παρὰ λίμνην γεωργῶν τυγχάνω.*

Quo facto oratio exibit similis superioribus vs. 4. *θύννης τὰ πρὸς γῆς* (Cob.; vulgo *πρὸς τῇ*) *Β. π ο ῖ α, Α. τὰ κάτωθεν λ έ γ ω.* Sed omnino vide Cobetum de hoc loco disputantem in Mnemosyne.

Corruptum tamen manet *κακόνωτα,* in quo nescio an lateat *κυφόνωτα.*

Pag. 106. Eiusdem *ΠΟΙΗΣΕΩΣ* fragmentum unicum, quo quanto sit comicorum quam tragicorum ars difficilior lepidissime docet, lacuna laborat, quam supplere nescio an mihi contigerit.

Vs. 8 sqq.:

ἂν πάλιν
εἴπῃ τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία
πάντ' εὐθὺς εἴρηχ' ὅτι μανεὶς ἀπέκτονε
τὴν μητέρ', ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως
ἥξει, πάλιν τ' ἄπεισι * * * *
ἔπειθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,
κομιδῇ δ' ἀπειρήκωσιν ἐν τοῖς δράμασιν,
αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανήν,
καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

Suppleverim vs. 12:

ἥξει, πάλιν τ' ἄπεισιν, (εἶθ' ἥξει πάλιν.)

quae verba quam proclivi errore post idem versus initium negligi potuerint nemo est quin statim perspiciat. Hinc codd. habent:

ἥξει πάλιν ταπεισιθ' ὅταν μηδὲν κτέ.

Hisce tamen luculentius castigari possunt, quae leguntur vs. 17 sqq.:

ἡμῖν δὲ ταῦτ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ
εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διωκημένα
πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν.

Nam propalam est, opinor, pro absurda ista lectione Antiphani reddi oportere:

τὰ διωχημένα
πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν.

i. e. τὰ προγεγενημένα. Cf. Herodot. IV. 136.

Pag. 111. Eiusdem *ΠΡΟΓΟΝΩΝ* fragmentum unicum, in quo festive describuntur parasitarum mores:

Vs. 12 sqq:

τῶν φίλων γὰρ ὢν φίλος
ἔργοισι χρηστὸς οὐ λόγοις ἔφυν μόνον·

Haec verba colorem habent ita plane Euripideum, ut apud

hunc tragicum me ea alicubi legisse initio mihi persuaderem. Frustra vero quaesivi. Integra tamen e tragoedia ea desumpta esse non est quod dubitemus, suntque festivissima in ore parasitae nobili illa sententia sordidam atque inhonestam suam artem lepide defendentis.

Pag. 116. Eiusdem *ΣΤΡΑΤΙΩΤΟΥ* fragmentum primum, quo illustratur vetus sententia, nihil certum esse in vita hominum:

*ὅστις ἄνθρωπος δὲ φὺς*
*ἀσφαλές τι κτῆμ' ὑπάρχειν τῷ βίῳ λογίζεται,*
*πλεῖστον ἡμάρτηκεν· ἢ γὰρ εἰσφορά τις ἥρπασεν*
*τἄνδοθεν πάντ', ἢ δίκῃ τις περιπεσὼν ἀπώλετο,*
*ἢ στρατηγήσας προσῶφλεν, ἢ χορηγὸς αἱρεθείς*
*ἱμάτια χρυσᾶ παρασχὼν τῷ χόρῳ ῥάκος φορεῖ,*
*ἢ τριηραρχῶν ἀπήγξατ' ἢ πλέων ἥλωκέ ποι.*

Si genuinum est *ἥλωκε*, intellegatur *ὑπὸ λῃστῶν*; veruntamen, ut dicam, quod sentio, mihi non videtur veri esse simile, poetam maluisse in hac causa mentionem facere periculi lenioris et minus frequentis quam gravioris et frequentioris, quale est naufragium. Utut est, ego transpositis literis scribi malim:

*ἢ τριηραρχῶν ἀπήγξατ' ἢ πλέων ὤκειλέ ποι.*

Vs. 3tio cum Hirschigio pro *ἥρπακεν* dedi Aoristum, quamvis e vs. 8:

*ἢ βαδίζων ἢ καθεύδων κατακέκοφθ' ὑπ' οἰκετῶν*

possit apparere, Grammaticam non respuere Perfectum. Vicini tamen Aoristi *ἀπώλετο, προσῶφλεν, ἀπήγξατο* et *ὤκειλε* (nisi me fefellit coniectura) probabilem reddunt lenem Hirschigii mutationem.

Pag. 126. Eiusdem *ΦΙΛΟΘΗΒΑΙΟΥ* fr. I, vs. 17:

ἥ τε σύννομος
τῆς κυφονώτου σῶμ' ἔχουσα σηπίας
ξιφηφόροισι χερσὶν ἐξωπλισμένη
τευθίς

si quid horum intelligo, σύννομος coniungendum est cum σῶμα, ideoque mutata litera rescribendum σύννομον. Ita enim τὸ ἑξῆς hoc erit: ἥ τε τευθὶς σῶμ' ἔχουσα σύννομον τῆς κυφονώτου σηπίας. Hinc simul apparet falsam esse Koppiersii, pro σῶμα σχῆμα suspicantis, opinionem.

Pag. 134. Eiusdem Fab. Inc. fr. IV. 5 sqq.:

τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡδονὰς
ἔχομεν ὁμοίας· οὐχὶ τοῖς λαμπροῖσι δὲ
δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται.

Absurde splendidis coenis vs. ultimo derogatur satiandi potestas. Quid autem poeta voluerit e praegressis liquido potest apparere. Dixerat enim divitias tantummodo propterea expetendas esse, quod divites melius possint adiuvare amicos quam pauperes. „Nam iisdem," ait „omnes homines edendi „atque bibendi fruimur voluptatibus." Sequentibus igitur οὐχὶ — παύεται quis sensus, quaeso, inesse potest praeter hunc „*splendidis* nihil opus esse dapibus, uti famem quis „compescat"? Quod a poeta enuntiatum esse puto hoc modo:

οὐχὶ τοῖς λαμπροῖσι δὲ
(μόνοισι) δείπνοισιν τὸ πεινῆν παύεται.

Pag. 147. Fab. Inc. fr. XXXVI:

Ἐπεὶ δ' ὁ τρίπους ἤρθη, κατὰ χειρῶν τ' εἴχομεν.

Ita haec verba leguntur apud Athenaeum II. p. 49[b]. Verum Eustathius ad Iliad. p. 740. 16: παράγει (ὁ Ἀθήναιος) καὶ Ἀντιφάνην εἰπόντα· Ἐπεὶ δ' ὁ τρίπους ἤρθη, τουτέστιν ἡ τράπεζα, κατὰ χειρῶν ἐχέομεν, ἤγουν ἐνιπτό-

μεθα, quam lectionem, nisi fallor, nimis avide amplexus est Meinekius. Etenim sollemni usu servi dicuntur Graece convivis κατὰ χειρὸς s. κατὰ χειρῶν διδόναι. Cff. Archedicus vol. IV p. 435 (fr. 1: 3), Alexis vol. III p. 501 (fr. 1: 2), Philyllius vol. II p. 857 (fr. 1), aut φέρειν, cff. Aristophanes vol. II p. 1154 (fr. 16), Posidippus vol. IV p. 523 (fr. 1: 10). Hoc vero verbum ponitur aut addito aut omisso verbo καταχεῖσθαι. Cf. Arist. Av. 463. Convivae autem dicuntur κατὰ χειρὸς s. χειρῶν λαμβάνειν. Cff. Nicostratus vol. III p. 287, Menander vol. IV p. 208 (4), Clearchus ib. p. 563, Demonicus ib. p. 570. Potuisset igitur poeta:

ἐπεὶ δ' ὁ τρίπους ἤρθη, κατὰ χειρῶν τ' ἐλάβομεν.

unde non diversum est, ut opinor:

κατὰ χειρῶν τ' εἴχομεν.

Quare utique revocanda videtur Athenaei codicum scriptura.

Pag. 157. Inc. Fab. fr. LXXVII.

Ad γεροντεῖαι παλαῖστραι comparavit Dindorfius titulum ap. Boeckhium C. I. I p. 374:

εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν εὐφήβοισι παλαίστραις
τεύξας κοσμητοῦ θήκατο Νυμφιδίου.

Merito reiecta Dindorfii suspicione εὐφήβοισι ab imperito poeta positum esse pro ἐφήβοισι, Meinekius ipse non melius coniecit εὐήβοισι, quod ne Graecum quidem vocabulum esse videtur. Ab illo quidem crimine facile se defendet mea suspicio poetam voluisse ἐν εὐφήμοισι παλαίςραις i. e. quae, ut cum Homero loquar, exercentibus impertiantur κλέος ἐσθλόν.

Pag. 207. Eubuli *ΑΝΑΣΩΖΟΜΕΝΟΙ.*

Ἕτεροι δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι

μετὰ Καράβου σύνεισιν, ὃς μόνος βροτῶν
δύναται καταπιεῖν ἐκ ζεόντων λοπαδίων
ἄθρους τεμαχίτας, ὥστ' ἐνεῖναι μηδὲ ἕν.

„Articulum" ait M. „ante θεοῖς e coniectura addidit Ca-„saubonus, fortasse recte; quamquam sensum verborum τοῖς „θεοῖσι συμπεπλεγμένοι non perspicio." Non magis ego perspicio, neque opinor, perspiciet alius quisquam. Etenim dubium non est, quin depravatum sit istud θεοῖσιν. Verbum συμπλέκεσθαι usurpari solet de malorum societate, in quam quis imprudens incidat. Ita v. c. Aristophanes Acharn. vs. 703 sqq.:

τῷ γὰρ εἰκός, ἄνδρα κυφὸν ἡλίκον Θουκυδίδην
ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ
τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ, τῷ λάλῳ ξυνηγόρῳ;

Neque aliter Menander (IV. 341):

ἀδίκοις φίλοισιν ἢ κακοῖς μὴ συμπλέκου.

Adde Euripidem *Bacch.* vs. 800 sq.:

ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
ὡς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.

Hinc suspicari possis aut:

Ἕτεροι δὲ θεοισ(εχθροῖ)σι συμπεπλεγμένοι κτέ.

aut forsan melius:

Ἕτεροι δὲ θηρίοισι συμπεπλεγμένοι κτέ.

ut simul alludatur ad nomen κάραβος, simul intelligantur homines nequam, quos θηρία audire apud comicos et oratores norunt omnes.

In vs. ultimo non haererem, si scriberetur:

ἄθρους τεμαχίτας, ὥστ' ἔτ' ἐνεῖναι μηδὲ ἕν.

Proclivi errore in ΩΣΤΕΤ duae ultimae literae a festinante scriba potuerunt omitti.

Pag. 242. Eubuli *ΟΡΘΑΝΗΣ* fr. I. vs. 9 sq.:

ὀσμὴ δὲ πρὸς μυκτῆρας ἠ ρ ε θ ι σ μ έ ν η
ᾄσσει.

Odor quo pacto dici possit irritari, non satis intellego. Verum videtur ἠ ρ ε θ ι σ μ έ ν ο υ ς.

Pag. 244. Ibidem fr. IV:

καρῖδα κ α θ ῆ κ α κάτω κἀνέσπασ' αὖθις *

Elegantius certe scripseris:

καρῖδα κ α θ ῆ κ α κ ἆ τ' ἀνέσπασ' αὖθις *.

Pag. 249. Eiusdem *ΣΕΜΕΛΗΣ* fr. II:

Ἑρμῆς ὁ Μαίας λίθινος, ὃν π ρ ο σ ε ύ γ μ α σ ι ν
ἐν τῷ κυλικείῳ λαμπρόν, ἐ κ τετριμμένον.

Vs. 2. legendum ε ὖ τετριμμένον, cl. Alexidis *Cycni* fr. p. 435, ubi de κρατὴρ θηρίκλειος sermo fit:

ὃν λαβὼν ἐγὼ κενὸν
τ ρ ί ψ α ς, ποιήσας λ α μ π ρ ὸ ν κτέ.

Praeterea corruptum est vs. 1 προσεύγμασιν, pro quo vide an προσεύχομαι, quod venit mihi in mentem, sufficiat.

Pag. 261. Eubuli Incert. Fab. fr. XVI vs. 3:

ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες, ὦ λοπαδάγχαι
λ ε υ κ ῶ ν ὑπογαστριδίων.

Meinekius quamvis dubitanter vs. 4 praefigendum articulum suspicatur, rectius addens fortasse λευκῶν depravatum esse. Spero fore, ut viro ingeniosissimo haec placeat suspicio mea:

λ ε υ κ α υ γ ῶ ν ὑπογαστριδίων

cl. Antiphanis *Philothebaei* fr. I vs. 20 (III p. 126):

τευθὶς μεταλλάξασα λ ε υ κ α υ γ ῆ φύσιν
σαρκὸς πυρωτοῖς ἀνθράκων ῥιπίσμασιν.

Pag. 289. Nicostrati Fab. Inc. fragm. V:

*Ἀρ' οἶσθ' ὅτι τῆς πενίας ὅπλον*
*παρρησία; ταύτην ἐάν τις ἀπολέσῃ*
*τὴν ἀσπίδ' ἀποβέβληκεν οὗτος τοῦ βίου.*

Locus in hunc modum videtur constituendus:

*Ἀρ' οἶσθ' ὅτι τῆς πενίας ὅπλον παρρησία*
*(ἄριστόν ἐστιν); ἣν ἐάν τις ἀπολέσῃ,*
*τὴν ἀσπίδ' ἀποβέβληκεν οὗτος τοῦ βίου.*

Cf. fragmentum Alcmenes Euripideae apud Stobaeum XLIII. 22:

*ἀτρέκεια δὲ*
*ἄριστον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει*

quemadmodum ibi scribendum esse monui in *Exercitationibus Criticis* (Hagae comitum ap. Martinum Nijhoff a. MDCCCLXII) p. 33. Vulgo legitur absque sensu et ruente metro:

*ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.*

Pag. 294. Philetaeri *ΚΥΝΑΓΙΔΟΣ* fragm. I:
vs. 4 sq.: *οὐχὶ Λαῒς μὲν τελευτῶσ' ἀπέθανεν βινουμένη*
*Ἰσθμιὰς δὲ καὶ Νέαιρα κατασέσηπε καὶ Φίλα.*

Soloecismum eximas vs. 5 transponendo:

*Ἰσθμιὰς δὲ κατασέσηπε καὶ Νέαιρα καὶ Φίλα.*

Pag. 313. Amphidis *ΠΛΑΝΟΥ* fragm. I:

*πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ῥᾷόν ἐστι μυρίαις*
*μοίραις προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου,*
*λαβεῖν τ' ἀπόκρισιν ὧν ἂν ἐπερωτᾷ τις, ἢ*
*πρὸς τοὺς καταράτους ἰχθυοπώλας ἐν ἀγορᾷ·*
*οὓς ἂν ἐπερωτήσῃ τις, ἢ λαβών τι τῶν*
*παρακειμένων ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος*
*πρῶτον σιωπῇ (καὶ δικαίως τοῦτο γε·*
*ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ)*
*ὡσεί τε προσέχων οὐδὲν οὐδ' ἀκηκοὼς*

*ἔκρουσε πώλυπόν τιν' ὁ δ' ἐπρήσθη καὶ*
*του λαβὼν ὅλα*
*τὰ ῥήματ' ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν τάρων*
*βολῶν γένοιτ' ἄν· ἡ δὲ κέστρα; κτὼ βολῶν·*
*τοιαῦτ' ἀκοῦσαι δεῖ τὸν ὀψωνοῦντά τι.*

Satis mirari nequeo neminem iuter viros doctos, qui hunc locum salsissimum corrigere conati sunt, intellexisse vocabula *κᾆτ' οὐ* (nam ita legendum pro *καί του*) *λαβὼν ὅλα τὰ ῥήματ' ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελών* non Amphidis esse sed aut Athenaei aut magistelli explicantis lectoribus, quid sibi velint decurtata ista vocabula *τάρων βολῶν* et *κτὼ βολῶν*. Deleto autem interpretamento, quo omnis periit loci nitor et elegautia, metrum quidem facile restituas scribendo:

*ἔκρουσε πουλύπουν τιν', ὁ δ' ἐπρήσθη· τάρων*
*βολῶν γένοιτ' ἄν · ἡ δὲ κέστρα; κτὼ βολῶν·*

sed compluria ita manebunt impedita. Nam primo vs. 5 *ἡ* quid sibi velit non intellegitur, secundo vs. 7 *πρῶτον* non habet quod sibi respondeat *ἔπειτα*, tandem cur vs. 10 *ὁ δέ* addatur, non mutato sententiae subiecto, haud perspicitur. Simplicissima ratio videtur statuere, excidisse quaedam statim post *πουλύπουν τιν'* potius quam post *ἐπρήσθη*, quod visum est Meinekio.

Pag. 345. Anaxilae *ΛΥΡΟΠΟΙΟΥ* fr. I:

*Ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων,*
*χλανίδας θ' ἕλκων, βλαύτας σύρων,*
*βολβοὺς τρώγων, τυροὺς κάπτων,*
*ᾠὰ κολάπτων, κήρυκας ἔχων,*
*Χῖον πίνων, καὶ πρὸς τούτοις*
*ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι φορῶν*
*'Εφεσήια γράμματα καλά.*

Deleta una literula, vs. 4 reponendum:

*ᾠὰ 'κλάπτων, κήρυκας ἔχων, κτέ.*

Cf. Aristophanes *Acharn.* 1229:

*καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψας*

et *Pac.* 850:

*τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται.*

Litera *ο μικρὸν* aut mero debetur librarii errori, aut huiuscemodi scripturae:

*ἀπὸ*
*ᾠὰ 'κλάπτων κτέ.*

Ultimo versu observa productam Ionico more penultimam in vocabulo *καλά,* quod optime quadrat cum praegresso *'Εφεσήια.* In fragmento sequenti scribendum videtur numero plurali *τρίχορδα,* potius quam *τρίχορδον* cum sagacissimo editore, pro *τριχόρδους.*

Pag. 351. Eiusdem *ΠΛΟΥΣΙΩΝ* fr. I:

*Διαρραγήτω χἄτερος δειπνῶν τις εὖ,*
*μὴ Κτησίας μόνος. Β τί γάρ σε κωλύει;*
*Α. δείπνου γὰρ οὗτος, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί,*
*ἀρχήν, τελευτὴν δ' ἔμαθεν οὐδεπώποτε.*

Duo versus priores cum duobus posterioribus ita pessime cohaerent, ut mihi quidem dubium non sit, quin a scribis male hic collocati sint duo ultimi versus, qui nihil contineant nisi variam lectionem, olim adscriptam *Chrysochoi* fragmento (p. 353), quod paulo ante memoratur ab Athenaeo, scriptum in hunc modum:

*Ἤδη σχεδόν τι πάντα σοι πλὴν Κτησίου·*
*δείπνου γὰρ οὗτος, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί*
*ἀρχήν, τελευτὴν δ' οὐκ ἐπίσταται μόνος.*

Vs. primo coniicio:

*Πλήρη σχεδόν τι πάντα σοι πλὴν Κτησίου.*

Adiectivo *πλήρης* hoc sensu (= *satur*) usus est inter alios Eubulus in *Dolonis* fr. 1 (p. 220):

*ἐγὼ κεχόρτασμαι μέν, ἄνδρες, οὐ κακῶς,*
*ἀλλ' εἰμὶ πλήρης, ὥστε καὶ μόλις πάνυ*
*ὑπεδησάμην ἅπαντα δρῶν τὰς ἐμβάδας.*

Cf. idem *Cercopum* fr. II (p. 230). Ad *διαρραγήτω* compara Alexidis *Tocistae* fr. II (p. 489).

Pag. 355. Eiusdem Fab. Inc. fr. VI:

*τὴν Ἑκτόρειον τὴν ἐφίμερον κόμην.*

suspectus alter articulus; cui substituendus videtur pronomen demonstrativum *τήνδ'*. Similiter, addita una litera, levi errore liberari potest fr. 1 (p. 353).

Vs. 2. *εἰς οὖν ἄκακον ἀνθρώπου τρόπον*
*εἰσδὺς ἕκαστος ἐσθίει καθήμενος.*

ubi sententia postulat *ἐσθίει 'γκαθήμενος.*

Pag. 366. Epieratis *ΑΝΤΙΛΑΙΔΟΣ* fr. II. 15:

*αὕτη (Λαΐς) γὰρ ὁπότ' ἦν μὲν νεοττὸς καὶ νέα,*
*ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη,*
*εἶδες δ' ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν.*

Vocabula *καὶ νέα* ex interpretamento fluxisse videntur vocis praecedentis *νεοττός*, contextus enim postulat *νεοττὸς καὶ καλή*. Priori vocabulo in sqq. opponitur vs. 18:

*ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,*

posteriori vs. 19:

*τὰς δ' ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος,*

quemadmodum vs. 17 respondet vs. 20:

*ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστιν ἢ πτύσαι·*

nam ita legendum pro *καὶ* monui in Dissertatione Academica p. 66.

Pag. 370. Eiusdem Fab. Inc. fr. I:

vs. 11 sqq.: *ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημείας*

*ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων·*
*περὶ γὰρ φύσεως ἀφοριζόμενοι*
*διεχώριζον ζώων τε βίον*
*δένδρων τε φύσιν λαχάνων τε γένη κτέ.*

Melius intelligam: ἤκουσα λόγων ἄφαθ' ὡς ἀτόπων i. e. *sermones ultra quam dici possit ineptos.*

Cf. Aristophanes *Av.* 427: ἄφατον ὡς φρόνιμος. *Lysistr.* 198: φεῦ δᾶ, τὸν ὅρκον ἄφατον ὡς ἐπαινέω cf. ib. 1149. Plurali numero ἄφατα usus est poeta ibid. 1080.

Pag. 386. Alexidis *ΑΙΣΩΠΟΣ*

vs. 11. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον λουτρόν ἐστιν, οὐ πότος,
ψυκτῆρι πίνειν καὶ κάδοις· θάνατος μὲν οὖν.

Quoniam formula μὲν οὖν (*imo*) tam adhiberi potest ab iis, qui continuantes orationem augeant corrigantve quae iam dixerint, quam a respondentibus, hodie pro certo nequit affirmari, recte vocabula θάνατος μὲν οὖν continuari Soloni. Imo fortasse melius tribuentur alteri interlocutori i. e. *Aesopo.* Ea ratio v. c. obtinet in fragm. II *Agricolae* Anaxandridis.

μέγαλ' ἴσως ποτήρια
προπινόμενα καὶ μέστ' ἀκράτου κυμβία
ἐκάρωσεν ὑμᾶς. B ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν.

et in Eupolidis *Baptarum* fr. XIII (II, p. 451):

'Ανόσια πάσχω ταῦτα ναὶ μὰ τὰς Νύμφας.
B. πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Adde Aristophan. vol. II p. 1171 (1, 9) et Anaxil. vol. III. p. 350 (2, 7). Alterius rationis, quam in Aesopi fragmento secuti sunt editores, exemplo sit Menandri fr. vol. IV, 142 (1):

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφός,
ἀδοξότερος μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων,
πήρας μὲν οὖν τρεῖς κτέ.

Pag. 411. Eiusdem *ΕΚΠΩΜΑΤΟΠΟΙΟΥ* fragm. I:

*ἀεὶ φιλόμυρον πᾶν τὸ Σάρδεων γένος.*

Cf. Sophoclis *Antigonae* vs. 1055:

*τὸ μαντικὸν δὲ πᾶν φιλάργυρον γένος.*

Pag. 421. *ΙΠΠΕΩΣ* fragm. I vs. 5 palmaria est Dobraei emendatio *ἐρρίφασιν* pro *ἔρρειν φασίν*, quae omnino est necessaria, quamvis M. in addendis ad vol. III idoneam se mutandi causam dicat non videre. Non latebat, opinor, doctissimum Anglum *φημὶ ἔρρειν τινά* Graece dici non posse pro *λέγω, φράζω, κελεύω τινὶ κλάειν* s. *οἰμώζειν*.

Pag. 426. Eiusdem *ΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ*.

*Ὥστ' ἐξελὼν ἐκ τοῦ λυχνούχου τὸν λύχνον*
*μικροῦ κατακαύσας ἔλαθ' ἑαυτόν, ὑπὸ μάλης*
*τῇ γαστρὶ μᾶλλον τοῦ δέοντος προσαγαγών.*

Evadent haec verba aliquanto magis perspicua, ubi restitueris vs. 2 *ὑπὸ μέθης*, quemadmodum poetam scripsisse pro *ὑπὸ μάλης* verisimillimum esse iudico. Supererat, opinor, in antiquo codice *ΥΠΟΜ . . ΗC*, idque *τῷ τυχόντι ῥήματι* explevisse videtur librarius.

Pag. 455. Eiusdem *ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΥΦΑΙΝΟΝΤΟΣ* fragm. 2:

*καὶ τοὺς ἁλιέας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ.*
*ἀπελευθέρων ὀψάρια θηρεύουσί μοι,*
*τριχίδια καὶ σηπίδια καὶ φρυκτούς τινας.*

Valde displicet in hoc genere orationis *ἀσύνδετον* vs. 2. Legendum videtur: *ἀπελευθέρων γὰρ ὀψάρια θηρῶσί μοι.* Postquam prono errore *θηρῶσι* abierat in *θηρεύουσι*, elumbem versum corrector sanavit scilicet resecanda vocula *γάρ*.

Pag. 458. Eiusdem *ὉΜΟΙΑ*:

vs. 3. τραγήματ' αἰσθάνομαι γὰρ ὅτι νομίζεται
τοῖς νυμφίοις μετιοῦσι τὴν νύμφην λέγεις
παρέχειν, ἄμητας καὶ λαγῷα καὶ κίχλας.

*Λέγεις* haud dubie sensu cassum est, sed neque ex ἀεί neque ex θεοῖς, ut M. suspicatur, facile potuit corrumpi. Venit mihi in mentem, an forte poeta scripserit:

τοῖς νυμφίοις μετιοῦσι τὴν γαμουμένην κτέ·

ut τὴν νύμφην λέγει sit illius lectionis interpretamentum, quod postquam, ut fit, eius locum occupasset, leviter immutatum abierit in τὴν νύμφην λέγεις.

Pag. 464. Eiusdem *ΠΑΝΝΥΧΙΣ*:

vs. 6. προσκατέδει τοὺς δακτύλους
αὐτῷ γε χαίρων, ἔρια μὲν ποιήσομεν.

Alexidem scripsisse χόρια suspiceris, collatis versibus 16 sqq.: μόνον ἀπαλλάγηθί μοι·
(τοὺς σοὺς δὲ) κανδαύλους λέγων καὶ χόρια καὶ
βατάνια πᾶσαν (ἀφανιεῖς) τὴν ἡδονήν.

ut ingeniose eos explevit Dobraeus. Quid vs. 13 pro χόριον reponendum sit, videant alii. Bergkius suspicatur θρῖον.

Verbi ποιεῖν (vs. 7) frequens est in re culinaria usus. Ita v. c. Alexis in *Ponerae* vs. 9 fr. I εἶθ' ἕψων ποιῶ μυελόν, κτέ. Cff. Axionicus III, 535 (2), Philemon IV, 13 (1) aliique loci, quos collegit Jacobius in Indice p. 855.

Pag. 468. Eiusdem *ΠΟΙΗΤΩΝ* fr. I:

Athen. III, p. 74 e:

Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.

Vitium, quo haec verba laborant, aperiet locus Xenophontis huice perquam similis in Cyropaedia II, 2, 12 ὁ μὲν ἀλαζὼν ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιμένοις καὶ

*πλουσιωτέροις εἶναι ἢ εἰσὶ καὶ ἀνδρειοτέροις καὶ ποιήσειν ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν ὑπισχνουμένοις κτέ.* Legendum igitur vs. 2:

*ἐπὶ τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.*

Gravem errorem peperit numeri nota *α'* haud intellecta a librariis in eiusdem *ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΩΝ* fragmento primo (p. *479):

*Μάθοις δ' ἂν οἷον ἀνθρώποις κακὸν*
*ἐστιν ἡ γαστήρ, διδάσκει δ' οἷ' ἀναγκάζει θ' ὅσα.*
*εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,*
*οὔτ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδεὶς οὔθ' ὑβρίζοιτ' ἂν ἑκών.*

Manifesto enim requiritur:

*εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἓν τοῦ σώματος* [1]).

Pag. 499. Eiusdem *ΦΙΛΟΥΣΗΣ* fragm. I:

*'Αφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις·*
*ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις.*
*ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος*
*ἐστὶν νόμος τε τὰς ἑταίρας ἐνθάδε*
*μεθ' ἡμῶν.*

Perperam, nisi fallor, M. in textum recepit Porsoni suspi-

---

1) Simili ratione non illepida coniectura tentavit Meinekius (Analect. Sophocl. p. 234) Oedip. Reg. vs. 640. Compluria vir egregius in eo opere omittere potuisset, si inspexisset meas *Exercitationes Criticas*, quae prodierunt anno MDCCCLXII Hagae Comitum apud Nyhoffium. Nam et saepius in easdem mecum incidit suspiciones, neque, opinor, pag. 274 corrupisset locum sanissimum Sophoclis ex *Danae* ap. Suid. in voce *πεῖρα*, si interpretationem cognovisset quam ego protuli p. 20. Ex eiusdem opusculi praefatione novissimus Acharnensium editor Albertus Muellerus et alia forsan doceri poterat, et vs. 988 in Ravennate libro nullam esse lacunam, sed plene legi: *ἐπτέρωταί τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ*, quae lectio bene convenit cum Scholiastae explicatione *ἐπείγει, σπεύδει.*

cionem inserentis μεθύειν ante μεθ' ἡμῶν. Si revera sunt verba Alexidis non Athenaei, quod forsan haud iniuria placebat Hirschigio, deleverim potius variam lectionem νόμος τε et scripserim:

ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
ἐστὶν μεθ' ἡμῶν τὰς ἑταίρας ἐνθάδε.

Pag. 509. Incert. Fab. fragm. X:

Ἂν πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον
ὁρᾷς, δυοῖν τούτων ἔχειν δεῖ θάτερον·
ἢ γὰρ στρατεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται
καὶ πάντα τῷ πώγωνι δρᾶν ἐναντία,
ἢ πλουσιακὸν τούτῳ τι προσπίπτει κακὸν κτέ.

„Ingeniose Jacobsius ἢ μαστροπεύειν ἐπινοεῖν κτέ. Sed „neque particulo γὰρ commode carere licet, nec μαστρο- „πεύειν sic dici potest sine ἑαυτόν. Hoc tamen certum est „pro στρατεύειν requiri verbum, quo cinaedorum mollities „indicetur." Ita rectissime iudicat M.; qui in *addendis ac corrigendis* cur memoret Erfurdtii inanem interpretationem, quam, si tanti est, vide apud ipsum p. 92, non plane intelligo.

Persuasum mihi est me a vero non procul aberrasse coniicientem:

ἤτοι γὰρ ἑταιρεῖν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται.

Ἑταιρεῖν apud veteres imprimis usurpabatur de *cinaedis*, rarius de mulieribus. Hoc sensu tamen adhibitum invenies a Phoenicide, novae comoediae poeta, in fragm. ex incerta fabula ap. Stob. Flor. VI. 30 (Mem. IV p. 511) vs. 1 sq.:

μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἂν ὑπομείναιμ' ἔτι,
Πυθιάς, ἑταιρεῖν· χαιρέτω· κτέ.

Pag. 543. Diodoris *ΑΥΛΗΤΡΙΣ*:

*Ἐπὰν κυάθους πίνῃ τις, ὦ Κρίτων, δέκα,*
*ἀεὶ παρ' ἕκαστον ἐνδελεχῶς τὸ ποτήριον,*
*πίνει τὸ λοιπὸν τοὺς λογισμοὺς δ' ἐξεμεῖ.*
*ταῦτα σκόπει πρὸς σαυτόν.*

Ita Dobraeus locum refinxit, non persanavit. Si enim fragmentum bene intelligo, scribi oportet hoc modo:

*ἐπὰν κυάθους πίῃ τις, ὦ Κρίτων, δέκα,*
*ἀεὶ παρ' ἕκαστον ἐνδελεχῶς τὸ ποτήριον*
*πίνων τὸ λοιπὸν τοὺς λογισμοὺς ἐξεμεῖ.*
*ταῦτα σκόπει πρὸς σαυτόν.*

Vs. 3. codd. *πίνειν* et *δέξαιμι*.

Verto: *Postquam aliquis, o Crito, decem cyathos bibit, ad singula semper quae deinde adbibet pocula, sanam mentem usque evomet. Hoc tecum reputa.*

Pag. 578. Mnesimachi *ΦΙΛΙΠΠΟΥ* fragm. III:

*καὶ τὸ λεγόμενον*
*[σπανιώτερον] πάρεστιν ὀρνίθων γάλα,*
*καὶ φασιανὸς ἀποτετιλμένος καλῶς.*

Vs. 2 *σπανιώτερον*, quod Meinekius mutari vult in superlativum *σπανιώτατον*, ego interpolatori proverbium *ὀρνίθων γάλα* interpretanti deberi suspicor. Poeta, opinor, dederat:

*καὶ*
*τὸ λεγόμενον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα,*
*καὶ φασιανὸς ἀποτετιλμένος καλῶς.*

*Τὸ λεγόμενον*, ut saepe, significat: *ut est in proverbio.*

Cf. Menandri *ΠΛΟΚΙΟΥ* fr. I: 8

*ὄνος ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον.*

et eiusdem *ΧΗΡΑΣ* fr. I:

*τὸ λεγόμενον τοῦτ' ἐστὶ νῦν*
*τἄνω κάτω, φασίν, τὰ κάτω δ' ἄνω.*

Adde Aristoph. *ΟΡΝΙΘΕΣ* 652.

Pag. 594. Timoclis *ΔΙΟΝΥΣΟΣ.*

Hoc fragmentum sic diviserim:

> Ὁ δ' Ἀχαρνικὸς Τηλέμαχος; *B* ἔτι δημηγορεῖ·
> οὗτος δ' ἔοικε τοῖς νεωτήτοις Σύροις.
> *A.* πῶς; ἢ τί πράττων, βούλομαι γὰρ εἰδέναι.
> *B.* Θάργηλον — — — — — — φέρει.

Pag. 604. Eiusdem *ΚΑΥΝΙΟΙ:*

> Ἤδη προσενήνεκται. τί μέλλεις; σπεῦδε δὴ
> ὦ τᾶν. ὁ γὰρ Τιθύμαλλος οὗτος ἀνεβίω
> κομιδῇ τεθνηκώς, τῶν ἀν' ὀ κ τ ὼ τοὐβολοῦ
> θέρμους μ α λ ά ξ α ς· οὐκ ἀπεκαρτέρησε γὰρ
> ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκαρτέρησ', ὦ φίλτατε,
> πεινῶν.

„Qui sint illi lupini" M. ait „quorum octo obolo constant, „eum Schweighaeusero ignorare me fateor. Omnino totum „illud de emolliendis lupinis non intellego."

Num forte legendum:

> τῶν ἀν' ἑ κ α τ ὸ ν τοὐβολοῦ
> θέρμους ἀ ν α κ ά ψ α ς?

Tithymallum inedia mortuum dicit revixisse comesis lupinis, quorum centum uno obolo constent. Ultima: οὐκ ἀπεκαρτέρησε — πεινῶν explicant illa κομιδῇ τεθνηκώς.

Vol. IV. Pag. 6. Philemon *ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.*

> Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν τύχην ὡς οὐ μία
> οὐδ' ἔστι πρώην, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
> ἡ μ ῶ ν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς ἡ τύχη
> προσγίγνεθ' ἡ μ ῖ ν, συγγενὴς τῷ σώματι·
> κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἕτερον λαβεῖν τύχην.

Prava verborum compositio sic videtur castiganda:

> — ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων

ἡ μ ῖ ν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς ἡ τύχη
προσγίγνεθ' οὖ σ α συγγενὴς τῷ σώματι· κτέ.

Pag. 17. *ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΟΥ* fragm. I:

καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ τύχῃ χρή, παιδίον, πάντων ἔχειν
ὧν βούλεταί τις. ἀλλὰ κ α ὶ τ ῷ τῇ τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι ῥᾷον ἡ τύχη ποιεῖ,
ἐὰν μεθ' ἑτέρου τοῦτο, μὴ μόνη, ποιῇ.

Distinguendum et corrigendum:

— οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ τύχῃ χρή, παιδίον, πάντων ἔχειν
ὧν βούλεταί τις, ἀλλὰ κ α ὐ τ ὸ ν τῇ τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι· ῥᾷον ἡ τύχη ποιεῖ,
ἐὰν μεθ' ἑτέρου τοῦτο, μὴ μόνη, ποιῇ.

Vs. 3 libri habent καὶ τό, quod male correxit Grotius.

Pag. 39. Inc. Fab. fragm. XVI:

ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
οὐδέποτ' ἐπείσθην οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
ὡς τ ο ῦ τ' ἐγένετ' ἄνθρωπος· κτέ.

Immanem anacoluthiam simul et soloecismum facile removeas reponendo vs. 3: ὡς ἐγένετ' οὖσ' ἄνθρωπος. Vs. 2 scribendum partim e Brunckii partim e Nauckii coniectura:

οὐ π ώ π ο τ' ἐπείσθην οὐδὲ ν υ ν ὶ π ε ί θ ο μ α ι.

Et πείθομαι habet scholiasta, dum ex Eustathio ad eundem locum receptum est πεισθήσομαι.

Pag. 43. fragm. XXVI:

Θεὸν νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή·
πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τ ο ῦ ζητεῖν ἔχεις. κτέ.

Sensus vs. 2 esse debet hic: *nihil enim proficis investigando*, quare Graeca sic corrigenda sunt:

πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τῷ ζητεῖν ἔχεις.

Hi vss. a comoedia alieni esse videntur.

Pag. 58. fragm. LXXXI:

ἂν γὰρ μέχρι νεφῶν τὴν ὀφρὺν ἀνασπάσῃς,
ὁ θάνατος αὐτὴν [πᾶσαν] ἑλκύσει κάτω.

*Πᾶσαν*, quod h. l. ineptissimum est, ad supplendum versum a librario insertum esse suspicor. Tento:

ὁ θάνατος αὐτὴν (αὖθις) ἑλκύσει κάτω.

Vs. 1 recte Dobraeus metrum correxit suspicando:

κἂν τὴν ὀφρὺν μέχρι τῶν νεφέων ἀνασπάσῃς.

Recentioris poetastri esse arguit ἑλκύσει pro ἕλξει positum.

Pag. 60. fragm. LXXXVII:

ὁ γῆρας αἰτῶν παρὰ θεῶν ἁμαρτάνει·
τὸ γὰρ πολὺ γῆρας ἐσχάτων πολλῶν γέμει.

Corrigendum: ἐσχάτων πόνων γέμει.

Pag. 71. Menandri *ΑΔΕΛΦΩΝ* fragm. IX:

Vs. 1 sic expleatur: πρὸς (ἅπαξ) ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γάρ.

Pag. 74. *ΑΛΙΕΩΝ* fr. III:

Athen. XII p. 549 c: ἐσθίοντα καὶ λέγοντα „σήπομ' „ὑπὸ τῆς ἡδονῆς" exspectaveram: τήκομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Contrario errore apud Sophoclem Antigon. 892 ἐτήκετο legitur, ubi sensus postulat ἐσήπετο. Etenim vulgatur:

οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο.

Pag. 90. Ib. fragm. VI:

πάντη 'στὶ τῷ καλῷ λόγῳ
ἱερόν· ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός.

Suspicor: *ἔστι τῶν χρηστῶν θεός*. Cf. locus simillimus Menandri *ΑΔΕΛΦΩΝ* fragm. XIV (p. 72):

*Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεί*
*ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι.*

Pag. 115. *ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΥ* fragm. I:

*τὸ σὸν ταπεινὸν ἂν σὺ σεμνύνῃς, καλὸν*
*ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ· ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς*
*ταπεινὸν αὐτὸ καὶ τιθῇς ἐν μηδενί,*
*οἰκεῖος οὗτος καταγέλως νομίζεται.*

Quoniam nemo mortalium *τὸ ταπεινόν* potest *ποιεῖν ταπεινόν*, Menander aut negligentius haec scripsisse putandus est, aut recte et ordine dedisse:

*τὸ σόν, ὂν ταπεινόν, ἂν σὺ σεμνύνῃς, καλόν*
*ἔξω φανεῖται κτέ.*

Pag. 164. *ΜΙΣΟΓΥΝΟΥ* fragm. I.

vs. 9 *ἐλθόντ' εἰς νόσον*
*τὸν ἔχοντα ταύτην ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς.*

Dederat, opinor, Menander:

*τὸν ἔχονθ' ἑαυτὴν κτέ.* i. e. *uxor eum qui se habet* (i. e. maritum) *bene curat.*

Pag. 189. *ΠΕΡΙΝΘΙΑΣ* fragm. VIII:

Suid. I. p. 197. *ἀνέπαφον: ἀνεύθυνον, καθαρόν, ἀθιγές, ἀψηλάφητον. Μένανδρος Περινθίᾳ. τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα σωμάτ' οὐδ' ἕλῃ.* In *ΟΥΔΕΛΗΙ* latere suspicor *ΣΥΔΕΛΟΥ*·

*τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματα, | σὺ δ' ἑλοῦ.*

*reliqua corpora sunt intacta: tu elige.*

Pag. 205. *ΤΙΤΘΗΣ* fragm. I.

Suidas *αἰτήσασθαι: τὸ χρήσασθαι· Μένανδρος Τιτθῇ·*

ἣν ἄν τις ὑμῶν παιδίον
ᾐτήσατ' ἢ κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι.

Mirum neminem dum intellexisse *παιδίον* h. l. sanum esse non posse. Lege:

ἤδη τις ὑμῶν λοπάδιον
ᾐτήσατ' ἢ κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι;

*Ἤδη* iam C. F. Hermannus. Ad meam emendationem conferas. *Hymnidis* fr. V. *Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος·* ap. Harpocrat. v. *ᾐτημένην.*

Pag. 211 sq. *ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΥ* fragm. II:

vs. 8. Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
ὅν φημι, τοῦτον ἢ 'πιδημίαν, ἐν ᾧ
ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί·
ἂν πρῶτον ἀπίῃς καταλύσεις, βελτίονα
ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες ἐχθρὸς οὐδενί.
ὁ προσδιατρίβων δ' ἐκοπίασεν ἀπολέσας
κακῶς τε γηρῶν ἐνδεής του γίγνεται,
ῥεμβόμενος ἐχθροὺς εὗρ', ἐπεβουλεύθη ποθέν,
οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

Ex oppositis vs. 13 sqq. apparet vs. 11 Menandrum scripsisse: *ἄν, πρὶν ἂν ἀπειπῇς, καταλύσῃς.* Cf. Phoenicidis Fab. Inc. p. 511 vs. 3. Vs. 14 a fine graviter laborat.

Pag. 231. Fab. Incert. fr. VI:

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις,
καὶ γίγνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν
ἀγαθόν; ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
γυναῖκας ἔπλασεν. ὦ πολυτίμητοι θεοί,
ἔθνος μιαρόν. γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ;
λάθριοι τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι κακαί,

*γαμηλίῳ λέχει τε μοιχὸς ἐντρυφῶν κτέ.*

Neminem haesisse in isto *λάθριοι*. Apage ineptias! et repone mecum:

> *γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ*
> *ὄλεθρον· τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι κακαί,*
> *γαμηλίῳ λέχει τε μοιχὸς ἐντρυφῶν*
> *καὶ φαρμακεῖαι καὶ νόσων χαλεπώτατος*
> *φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.*

Pag. 231. fragm. VII:

> *Μὰ τὴν 'Αθηνᾶν, ἄνδρες, εἰκόν' οὐκ ἔχω*
> *εὑρεῖν ὁμοίαν τῷ γεγονότι πράγματι,*
> *ζητῶν πρὸς ἐμαυτὸν τί ταχέως ἀπολλύει.*
> *στρόβιλος; ἐν ὅσῳ συστρέφεται, προσέρχεται,*
> *προέλαβεν, ἐξέρριψεν, αἰὼν γίγνεται· κτέ.*

Corrigendum videtur:

> *προσέβαλεν, ἐξήρειψεν, αἰὼν γίγνεται.*

Horum illud iam coniecit Porsonus, sed non minus necessarium videtur *ἐξερείπειν* de tempestate arbores radicitus evellente atque prosternente, qua in re ridiculum est *ἐκρίπτειν*. Cogitari quoque possit de reponendo *ἐξέτριψεν* cl. Herod. VI. 37, verum illud praetulerim.

Pag. 238. fragm. XVIII:

> vs. 3. *κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον*
> *εἶναι βίον βλάπτοντα χρηστόν.*

A fine vs. 4 probabiliter addideris *οὐδένα*.

Pag. 262. fragm. CXV.

> *Οὐκ ἔστ' ἄκουσμ' ἥδιον ἢ ῥηθεὶς λόγος*
> *πατρὸς πρὸς υἱὸν περιέχων ἐγκώμιον.*

Tum *ῥηθείς* additum languet, tum sententia his verbis

concepta vera non est; nam improbi patres saepe filios laudant ob mala facinora, neque eiusmodi certe encomium dulce acroama vocari merito potest. Sed Menander dixisse videtur:

*Οὐκ ἔστ' ἄκουσμ' ἥδιον ἢ χρηστοῦ λόγος*
*πατρὸς πρὸς υἱὸν κτέ.*

Pag. 283. fragm. CCXXIV.

Hoc fragmentum fortasse referendum est ad *Πλόκιον*. Cf. fr. I. 5, 10.

Pag. 295. fragm. CCXCI.

Ammonius ad Aristot. *περὶ ἑρμηνείας* p. 96, 14.

*τὸ δ' ὅμοιον ἀξιώματι, οἷον·*
*Ὡς ὡραΐζεται ἡ τύχη ἐν τοῖς βίοις.*

Male *ὡς* addidere verbis poetae, quum dividendum fuisset *οἷον ὡς·*

*Ὡράζεθ'* (sic) *ἡ τύχη.*

Nisi forte omittendum est *ὡς* cum Ammonio ad Aristot. p. 93 b. 33 (Jacobius in supplementis) et scholiasta Theocriti, quem laudat M., quorum ille *εἰς τοὺς βίους* exhibet, hic *πρὸς τοὺς βίους.*

Pag. 394. Diphili *ΖΩΓΡΑΦΟΥ* fr. I.

Vs. 4 *ἐπῆγε* sanissimum est, modo cum M. in ed. min. scribas *σωρόν*, cf. Diphili Fab. Inc. fr. VII vs. 4 *Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι.* *Ἐπάγειν* est verbum militare, quod utrobique poeta festiva metaphora adhibuit. Arist. *Av.* 353: *ποῦ 'σθ' ὁ ταξίαρχος, ἐπαγέτω τὸ δέξιον κέρας.*

Pag. 397. Diphili *ΗΡΑΚΛΗΣ:*

*Ἐμὲ μὲν οὖν ὁρᾷς πεπωκότα*
*ἤδη τ' ἀκροθώρακ' ὄντα καὶ θυμούμενον,*

*τουδὶ δὲ ναστὸν Ἀστίωνος μείζονα*
*ἤδη σχεδὸν δωδέκατον ἠριστηκότα.*

Nihil usquam legitur de Astione, quod ne Graecum quidem nomen esse videtur. Sine mora reddatur poetae:

*τουδὶ δὲ ναστὸν Ἀστ(ερ)ίωνος μείζονα κτέ.*

*Ἀστέριος* s. *Ἀστερίων* (nam idem nomen est) is est, de quo Pausanias in Atticis cap. XXXV § 5 haec scribit: *Ἔστι δὲ Μιλησίοις πρὸ τῆς πόλεως Λάδη νῆσος, ἀπερρώγασι δ' ἀπ' αὐτῆς νησῖδες. Ἀστερίου τὴν ἑτέραν ὀνομάζουσι. καὶ τὸν Ἀστέριον ἐν αὐτῇ ταφῆναι λέγουσιν· εἶναι δ' Ἀστέριον μὲν Ἄνακτος, Ἄνακτα δὲ Γῆς παῖδα. ἔχει δ' οὖν ὁ νεκρὸς οὐδέν τι μεῖον πηχῶν δέκα.*

Simili hyperbole idem Diphilus Fab. Inc. VII (p. 419) anserem comparavit cum equo Trojano, scribens: *Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι.*

Pag. 403. *ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ* fragm. I:

*Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε τοῦτ' Εὐριπίδης·*
*„νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ ταλαίπωρός τε μου*
*γαστήρ." ταλαιπωρότερον οὐδέν ἐστι γὰρ*
*τῆς γαστρός, εἰς ἣν πρῶτον ἐμβαλεῖς * **
*ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον.*

Coniecit M. *εἰς ἣν βρωτὸν ἐμβαλεῖς [ἅπαν],*
*ἀλλ' οὐχ ἕτερον εἰς ἄγγος.*

quod non sufficere manifesto produnt sequentia:

*ἐν πήρᾳ φέροις*
*ἄρτους ἂν ἀλλ' οὐ ζωμόν, ἢ διαφθερεῖς.*
*εἰς σπυρίδα μάζας ἐμβαλεῖς, ἀλλ' οὐ φακῆν.*
*οἰνάριον εἰς λάγυνον, ἀλλ' οὐ κάραβον. κτέ.*

Ergo non solum *βρωτὰ* sed etiam *πότα* venter accipere dicendus erat, v. c. sic:

*εἰς ἣν βρωτὰ καὶ πότ' ἐμβαλεῖς,*

*ἀλλ' οὐχ ἕτερον εἰς ἄγγος.*

Malim tamen:

*εἰς ἣν πάντ' ἂν ἐμβάλοις ἅμα,*
*οὐκ εἰς ἕτερον δ' ἀγγεῖον.*

Et ita re vera VL: *εἰς ἣν πρῶτον πάντ' ἂν ἐμβάλοις ἀλλὰ οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον*. Huic tamen coniecturae parum favent libri *ABP*, qui habent *εἰς ἣν πρῶτον ἐμβαλεῖς*, aliquanto magis C: *εἰς ἣν πάντ' ἂν ἐμβαλεῖς*. Quidquid est, sententiae loci ita convenit: *εἰς ἣν πάντ' ἂν ἐμβάλοις ἅμα, οὐκ εἰς ἕτερον δ' ἀγγεῖον*, ut vix dubitem, quin haec ipsa a poeta sint profecta.

Pag. 433. Lyncei *ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ*.

vs. 16: *κατέπλησα γὰρ τὸ χεῖλος, οὐκ ἐνέπλησα δέ·*

In *ΚΑΤΕΠΛΗΣΑ* hucusque delituit *ΚΑΤΕΠΛΑΣΑ*·

*κατέπλασα γὰρ τὸ χεῖλος, οὐκ ἐνέπλησα δέ.*

i. e. *nam illevi quidem labia, non vero implevi.* His scriptis video M. in editione minore, in Lynceo minus acute cernentem quam assolet, recepisse coniecturam suam: *κατέπασα γὰρ κτέ.*

Verbum *πάττω* et composita apud Atticos solent usurpari de rebus siccis non cohaerentibus v. c. *ἅλες, ἄλευρα, ἄλφιτα, τέφρα, κόνις, ῥόδα* similia, ut *spargere* apud Latinos. Huic igitur verbo locus non est, ubi sermo fit de variis dapibus ita delicatis, ut Perinthius ille comicus exclamet:

*βούλομαι δέ γ', ὦ βέλτιστε σύ,*
*κἀκεῖνο καὶ τοῦτ', ἀλλ' ἀδύνατα βούλομαι·*
*οὔτε στόματα γὰρ οὔτε χείλη πέντ' ἔχω.*

Ultimum quem adscripsi versum pangenti nescio an poetae obversatum sit illud Homeri, in Il. *Β* 489 *οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἴη*, quemadmodum dubitari omnino nequit, quin vs. 16 contineat paroediam verborum

Homericorum Il. χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνεν, qua de re monere occupavit M. in addendis p. 113.

Pag. 435. Archedici ΔΙΑΜΑΡΤΩΝ.
vs. 2 Σκοτοδείνην ἐπικαλουμένην, ὅτι
δεῖνόν ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.

Nisi fallor, ex ipso nomine σκοτοδίνη = σκοτοδινία i. e. *vertigine* liquido apparet, falli Eustathium p. 1207. 12 dicentem: γράφεται γὰρ τὸ δῖνος τὰ πλείω διὰ διφθόγγου (in cuius rei fidem deinde laudat hunc Archedici locum), et fragmentum scribendum esse hoc modo:

Νικοστράτην τιν' ἤγαγον πρῴην σφόδρα
γρυπήν, Σκοτοδίνην ἐπικαλουμένην, ὅτι
δῖνόν ποθ' ἥρπασ' ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.
Β δῖνον; — — — — δεινόν, ὦ θεοί.

Ἰῶτα productum iam antiquitus a scribis pingi solitum esse per diphtongum norunt omnes.

Pag. 526. Posidippi Fab. Inc. fr. VIII.

Athenaeus I. p. 32 b: μυρίνης δὲ οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ·

Διψηρός, ἄτοπος ὁ μυρίνης ὁ τίμιος.

Infelicissime Coraes, vir ceteroquin admodum ingeniosus, pro ἄτοπος suspicatur ἄποτος, namque ὁ μυρίνης, ut vel ex adiecto epitheto, ὁ τίμιος, potest apparere, vinum erat generosissimum. Minus certe ineptum est, quod Meinekius excogitavit ἄτονος, qui quo sensu dicatur vinum siticulosum merito fatetur se nescire.

Ne multa: certa emendatione reponendum:

Δίψης (vel δίψους) ἀρωγὸς ὁ μυρίνης ὁ τίμιος.

Cf. Antiphanes apud Pollucem X. 73: ἀλλὰ καὶ ἀσκοπυτίνη· καὶ γὰρ τοῦτ' ἄν τις εὕροι ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ·

ἀσκοπυτίνην τινὰ
δίψους ἀρωγόν.

Pag. 531. Damoxeni *ΣΥΝΤΡΟΦΟΙ.*
30 sqq.: παρὰ δ' ἐμοὶ τρέφει
τὸ προσφερόμενον βρῶμα, καὶ λεπτύνεται
ὀρθῶς τε διαπνεῖ· τοιγαροῦν εἰς τοὺς πόρους
ὁ χυμὸς ὁμαλῶς πανταχοῦ συνίσταται.
χυμὸς λέγεις Δημόκριτος οὐδὲν πρᾶγμα τὰ
γινόμενα ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀρθριτικόν.
*B.* καὶ τῆς ἰατρικῆς τι μετέχειν μοι δοκεῖς.

Latet in his, quod recte intellexit Meinekius, Democriti sententia. Quae qualis fuerit non erit amplius obscurum, si mecum rescripseris:

„χυμός" λέγει Δημόκριτος „οὐδὲν πρᾶγμα γάρ
„ποιεῖ γενόμενον τὸν φαγόντ' ἀνθριτικόν."

Constructio paulo impeditior pro hac: οὐδὲν γὰρ πρᾶγμα γενόμενον χυμὸς ἀρθριτικὸν ποιεῖ τὸν φαγόντα, fraudi fuisse videtur librariis.

Sensus: „*nulla enim res*" ait Democritus „*in succum* „*conversa arthriticum reddit edentem.*"

Vitiosa esse puto in eodem fragmento, quae leguntur vs. 43 sq. sic scripta:

τὸ ταῦτα διορᾶν ἐστιν εὐψύχου τέχνης,
οὐ τοῦ διανίζειν λοπάδας οὐδ' ὄζειν κάπνου,
ἐγὼ γὰρ εἰς τοὐπτάνιον οὐκ εἰσέρχομαι.

Quia enim τὸ ταῦτα διορᾶν habet sibi oppositum verbum διανίζειν, corrigendum videtur:

οὐ τὸ διανίζειν κτέ.

*Εὐψύχου*, si sanum est, novo exemplo h. l. significat *nobilis*, *generosa*. Quia tamen semper, quantum novi, *fortitudinis* habet notionem, vide an forsan praestiterit:

*τὸ ταῦτα διορᾶν ἐστιν εὐφυοῦς τέχνης,*

quemadmodum v. c. Alexis locutus est in *ΑΣΚΛΗΠΙΟΚΛΕΙΔΗΙ* (vol. III. p. 394):

*Οὕτως δ' ὀψοποιεῖν εὐφυῶς*
*περὶ τὴν Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, ὥστε τοὺς*
*δειπνοῦντας εἰς τὰ βατάνι' ἐμβαλεῖν ποιῶ*
*ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.*

Pag. 583. Nicomachi *ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ.*
vs. 11. *ὁ μάγειρός ἐσθ' ὁ τέλειος ἑτέρα διάθεσις.*

Atticorum dialectus postulat, metrum admittit *τέλεος*. Gravius laborant sequentia:

*πολλὰς τέχνας λάβοις ἂν ἐνδόξους πάνυ,*
*ὧν τὸν μαθεῖν βουλόμενον ὀρθῶς οὐκ ἔνι*
*ταυταις προσελθεῖν εὐθύς· ἀλλ' ἔμπροσθε δεῖ*
*ζωγραφίας ἧφθαι.*

Optime M. intellexit inter vs. 14 et 15 unum saltem versum intercidisse, qui continuerit eius artis mentionem ad quam *pictoria* opus esse dixerat poeta. Ea vero ars quae alia esse potuerit praeter *τὴν τεκτονικήν*, non exputo.

E comoedia antiqua originem duxisse suspicor, quod Philoclis tragici cognomen memorat scholiastes ad Arist. Aves vs. 281: *ἔστι δ' ὁ Φιλοκλῆς τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς, ὅσοι δ' Ἁλμίωνος αὐτόν φασιν, ἐπιθετικῶς λέγουσι διὰ τὸ πικρὸν εἶναι· ἅλμη γὰρ ἡ πικρία.* Simili ioco a Platone (vol. II. p. 679). Cinesias vocatur *Εὐαγόρου* (corr.) *παῖς ἐκ πλευριτίδος*. Cf. Aristophanis Ran. 22: *Διόνυσος υἱὸς Σταμνίου.*

---

# ERRATA.

Pag. 19, vs. 21 legitur *ποῖα*, scribe *ποῖα;*

„ 24, „ 21 „ *θεοισεχθροῖσι* „ *θεοῖς ἐχθροῖσι.*

„ 32, „ 30 „ *προσποιμένοις* „ *προσποιουμένοις.*

Si qua praeterea insunt typographica vitia, corrigat ipse lector.